

*Doc. 47 (Scriptum est
castellano et magistro palatii et
forestarum Sancti Gervasii...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Doc. 47 (Scriptum est
castellano et magistro palatii et
forestarum Sancti Gervasii...)*

1310-08-01

Scriptum est castellano et magistro palatii et forestarum Sancti Gervasii devoto suo etc.

Processit noviter de mandato et beneplacito domini patris nostri ut certa quantitas carnum cervinarum in partibus istis coadunari debeat et haberi, ita quod in eius ad partes istos redditu, qui erit in brevi, domino concedente, carnea ipse parata pro usu hospitii sui infallibiliter habeantur. Ideoque volumus et devotioni vestro sub obtentu gratie Regie firmiter et districte iubemus, quatenus statim receptis presentibus per nemora et defensas iurisdictionis tue ad cervos veneris et alios venari facias diligenter, et carnes habendas ex venatione huiusmodi usque scilicet ad eantaria quinque salari facias et diligenter curari, et postquam plene curate fuerint eas ad curiam mittas instanter preposito coquine hospitii dicti domini patris nostri vel hospitii nostri infallibiliter assignandas, sic in premissis appositurus sollicitudinis et diligentie tue partes quod in habendis carnibus ipsis nullus defectus intersit, tuque possis proinde merito commendari, proviso quod pretextu presentium non occidantur plura animalia quam que sufficiant ad habendum dictas carnes in quantitate prefata.

Datum Neapoli in camera regia anno domini MCCCX die primo augusti VIII indictionis. Eodem die ibidem similes facta sunt castellano et magistro palatii et forestarum Lacuspensilis de cantariis decem earumdem carnum cervinarum.